EMBLEMA CXVIII.

Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.



CXVIII.

Multa ſciant Reges, quæ ſibi nota tacent.

Publica laxatis ſtat aperta pecunia ſaccis,
Dum ſimul in tabulâ teſſera iacta ſonat.
Imo etiam aduectans ſtillanti vulnere ceruum
Tityrus, argutâ concutit arte fores:
Limine & à iuſto quia clandeſtinus aberrat,
Impellit notæ leniter æra nolæ;
Ianua nec clauſtro pigra ſtat concluſa ſeuero,
Sed mox pulſantem ſurripit ex oculis.
Interea ad cæcos ſpectans Rex ſingula crates;
Quæ ſibi ſunt oculis cognita, geſta tacet.
Nec vocat ad pœnas, neque fœdos arguit actus;
Nec triſti atroces detonat ore minas:

Sed